

4  
L. Castañeda  
Saldaña. Leg. 3H-12

**T**ransunto del establecimiento de un molino harinero  
llamado de Baxo situado en el termino del Lugar de Arcalis y de  
un pedazo de tierra contiguo al mismo, hecho y firmado por el Sr.  
Baxon de Estach a favor de Salvador Bosch labrador de dho Lugar  
a 10 de Febrero de 1593. ante Luis Casals Notario de la Villa de  
Monzon, sacado de un pergamino muy antiguo por

Leg<sup>o</sup> — 23  
N<sup>o</sup> — 54

**J**osef de Domarceda y de Aman Notario publico R.  
Colegio de numero de Barcelona a 8 de Abril de 1817 —



**SELLO PRIMERO, MIL OCHENTA Y OCHO MARAVEDIS, AÑO DE MIL OCHOCIENTOS DIEZ Y SIETE.**

**H**oc est exemplum bene et fideliter Barchinone sumptum a quodam publico autenticoque stabilimenti instrumento in quadam membrana partim ob vetustatem rupta descripto, cuius tenor, dimissis albis cum punctulis in locis ubi littere deficiebant, sub his panditur verbis = **In Dei nomine**: Noverint universi, quod nos Don Petrus Galcerandus de Pinós, Castio y Fenollet, Vicecomes de Insula et de Canet Dominusque Baroniarum de Milan, Balfogona, la Postella, Peramola, Peracolls, Sancristophal, Sadoncel, Estach, Arcalis, Rocafort et castri y forsa de Agriens Barchinone domiciliatus, tamquam dominus prefatus dictarum Baroniarum gratis et ex mea certa scientia per me et meos heredes et successores quoscumque ad bene videlicet meliorandum et in aliquo non deteriorandum, omnique tempore pacifice possidendum nostrum et nostrorum beneplacito libera meraque voluntate durans dono in emphiteosim et stabilio vobis honoris Salvatori Bosch Agricola loci de Arcalis dicte nostre Baronie his presenti et vestris, et quibus volueritis perpetuo vobis tamen consimilibus et vestrorum videlicet molendinum farinaarium dictarum Baroniarum cum aqua ad molendum in eodem cum introitibus et exitibus eiusdem situm in termino dicti loci de Arcalis et in partita vulgariter dicta la Bequda de Baro, ut confrontatur ex parte una cum flumine de Noquera, ex alia vero cum dicta Bequda, finaliter vero cum via publica, et cum aliis confrontationibus. Hoc itaque ita-

bilimentum sive imphiteosim dationem stabilio vobis et  
 vestris cum omnibus introitibus, exitibus, et cum ingressibus,  
 iuribus et pertinentiis et cum omnibus melioramentis ibidem  
 factis et fiendis, sicut melius, efficacius et utilius dici et intel-  
 ligi potest, sub tali tamen pacto, forma et conditione quod  
 predicta que vobis stabilio et imphiteosim do pro censu  
 predictorum et omnium melioramentorum, in eisdem fa-  
 ciendorum, detis et solvatis vos et vestri in his successoribus  
 mihi et meis dare et solvere habeatis in duabus equalibus  
 solutionibus, quarum prima erit in die Beate Marie =  
 = = = = im venturi quinquaginta et tria cestaria frumenti men-  
 surae dictae Baroniis, alia vero in die et festo natalis Dni  
 nostri Jesuchristi primi et continui venturi etiam quin-  
 quaginta tria cestaria frumenti predictae mensurae, et sic  
 deinde anno quolibet in dictis diebus, sive festis. **It** ad aliam  
 partem detis et solvatis vos et vestri in his successoribus **R**<sup>do</sup>  
 Rectori de Arcalis, qui nunc est et pro tempore fuerit quolibet  
 anno sub diebus Sancti Joannis Baptiste et Natalis Dni,  
 decem et novem cestaria frumenti predictae mensurae, in  
 his autem non proclamietis alium dominum seu dominos  
 praeter me dictum Vicecomitem et Baronem predictum et  
 meos in dictis Baroniis de Estach et Arcalis successoribus et li-  
 ceat vobis dicto Salvatori Bosch et vestris in his successoribus  
 dictum molendinum farinaarium per me vobis stabilitum  
 et in imphiteosim traditum vendere seu alienare illis per-  
 sonae seu personis quibus volueritis exceptis tamen mili-  
 tibus et personis generosis, salvo tamen mihi et meis in  
 dictis Baroniis successoribus dictis centum et sex cestaria  
 frumenti ut dictum est mihi et meis in dictis diebus so-  
 lutionibus quolibet anno solvens et etiam fatica, laudimio



Quarenta maravedis.

**SELLO QVARTO, QVAREN-  
TAMARAVEDIS, AÑO DE  
MIL OCHOCIENTOS DIEZ Y  
SIETE.**

sive textio, et quocumque alio jure et dominio directo impu-  
teutico universo mihi pertinenti, reservato juxta tenorem  
presentis instrumenti, et pro intrata predictorum solvistis mihi  
unum par caponum, quos a vobis habuisse et recepisse con-  
fiteor, renuntiando exceptioni non habita et non recepta, dono  
scienter et remitto vobis dicto Salvatori Borchi, et vestris irre-  
vocabiliter inter vivos, si quid predicta que vobis stabilia et  
imphiteusim concedo plus modo valeant aut amodo valebunt  
censu et intrata predictis. Insuper convenio et bona fide pro-  
mitto vobis et vestris in his successoribus, quod predicta que  
vobis stabilia et in imphiteusim concedo faciam vos et vestros  
habere, tenere et in sana pace possidere contra cunctas per-  
sonas, quodque tenebor vobis et vestris semper de firma et  
legali evictione et legitima defensione eorundem ante vide-  
licet causam, in causa et post causam, et in quocumque  
casu et eventu, et de litis et extra expensis, et de omni damno  
missione et interesse, quos, quas et que vobis et vestris face-  
re et sustinere contigerit pro predictis quoquo modo, super  
quibus quidem missionibus, damnis et interesse credatur  
et credi volo vos et vestri verbo etenim plano et simplici ju-  
ramento aut saltim verbo, nullo alio probationum genere  
requisito, quod juramentum nunc pro tunc vobis et illis  
defero cum pro dilato id penitus haberi voto ex pacto pro  
his omnibus et singulis tenendis, complendis et firmiter ob-

servandis obligo vobis et vestris omnia et singula bona  
 mea mobilia et immotilia ubique habita et habenda.  
 Ad hæc ego dictus Salvator Borich Adquisitor prefatus præ-  
 sens, approbans, laudans, ratificans et acceptans a vobis  
 admodum Yll. Dno Vicecomite prefato stabilimentum  
 et inphiteosim dationem et concessionem huiusmodi cum  
 pactis et pactionibus et reservationibus præcontentis conve-  
 nio et promitto vobis quod prædicta meliorabo, et in aliquo  
 non deteriorabo, et quod pro = || = prædictorum solvam  
 quolibet anno vobis et vestris in his successoribus, et dicto  
 Rectori dictum censum in terminis superius expressatis,  
 aliaque omnia et singula supradicta que per me sunt  
 faciendâ et complenda faciam et complebo prout melius  
 ac plenius superius continetur, et in aliquo non contrafa-  
 ciam et pro prædictis omnibus et singulis complendis et  
 inviolabiliter observandis obligo vobis et vestris in his suc-  
 cessoribus dictum molendinum, et omnia mea bona mo-  
 bilia et sedentia ubique habita et habenda etiam quo-  
 vis modo privilegiata, et ut prædicta et infra majori gau-  
 deant firmitate, non vi nec dolo, sed sponte juramus nos  
 ambo, respect. Partes seu contrahentes in animas nostras  
 et cuiuslibet nostrum per Dñum Deum ejusque sacro-  
 sancta quatuor evangelia per nos respect. tacta et re-  
 verenter inspecta prædicta omnia et singula attendere,  
 tenere, complere et inviolabiliter observare, et in aliquo  
 non contrafacere nec venire jure aliquo, causa vel ra-  
 tione. Hæc igitur omnia et singula que et prout dicta  
 sunt compleximus, et bona fide promittimus nos dicte

Partes ad invicem singula singulis prout convenit re-  
 ferendo, necnon Notario infra tamquam publice et  
 auctentice persone hec a nobis dictis partibus utraque  
 nostrum recipiendi, pacis cendi ac etiam legitime stipu-  
 landi, novissime volumus nos dictas Partes quod & hu-  
 jusmodi nota fiant duo instrumenta expensis mei dicti  
 Salvatoris Borchi adquiretoris predicti. Et etiam stabili  
 vobis predicto Salvatori Borchi et vestris, videlicet, un tres  
 & terra campam, herma contigua en lo dit moli, peraque  
 en aquella pugaw vos y los vestres edifican una herma ab  
 un porcho, cum pacto tamen quod vos et vestri pro dicta  
 petia terra solvatis mihi et meis quolibet anno in die  
 et festo Nativitatis Dni nri Jesuchristi unam galinam.  
 Actum est hoc in villa de Estach die decima mensis Fe-  
 bruarii anno a nativitate Dni millesimo quingentesimo  
 nonagesimo tertio = ~~Sig. nra nra~~ Petri Galcerandi  
 de Pinos et Salvatoris Borchi predictorum qui omnia su-  
 perius contenta specificata et designata respective lau-  
 damus, concedimus et iudicamus. Testes huius rei sunt An-  
 tonius Sala et Petrus Ludovicus Ganau Notarius fa-  
 miliares dicti Domini Vicecomitis in dicto loco de Estach  
 habitatores ad predicta vocati atque rogati = Jo D. Pe-  
 dro Galceran de Pinos y de Fenollet Vescomta de Canet  
 y de Ylla y Baro destach f' llow y fern las cosas demun-  
 ditas, valant diet a mi y als meus, ~~et~~ temps y en  
 todas cosas = Sig. num mei Ludovici Ganau habitatoris



Quarenta maravedis.

**SELLO QVARTO, QVAREN-  
TAMARAVEDIS, ANO DE  
MIL OCHO CIENTOS DIEZ Y  
SIETE.**

villa Montisconi aucte regia Notarii publici et regentis  
scribamiam publicam Baronia de Estach pro admodum  
Ylti Dno Dompno Petri Salcerandi de Pinor, Castro et de  
Fenollet Vicecomitis de Insula et de Caneto, Dominusq.  
dicta Baronia qui predictis omnibus et singulis una  
cum prenomatis testibus personaliter interfui, ma-  
nu aliena scribi feci, propriaque claussi cum raso  
rescripto in linea xj. ubi legitur his successores con-  
stat post clausulam de sobrepósito Tj. ubi legitur Domini  
et iterum clausi = *Yo en vos et vros = Tm linea =*  
*Valent cum omni = ad = vobis = Successoribus = sustinere =*  
*Fertio = Ita approbat infra notd. exemplificans*

*Pro J. Frum. Symundis*  
*Notario Notario publico*  
*en. de. testis*

*Signo*  
*Annun. Josephi Mariae*  
*adena Notario publico*  
*Regij Collegij en no*  
*Bar & Terris*

*Pro J. Frum. J. de Romareda et J. Amán*

80  
latone. Not. pub. Regi Col. e. Parmensi  
num. qui pro exemplari suo cum prefato  
originali comprobavit, scribereque fecit in  
precedentibus tribus pap. foliis, primo nam-  
que regi sigilli majoris, ceteris vero quarti,  
octavaque mensis Aprilis die millesimo octin-  
gentesimo decimo septimo anno in veritate  
hocce requisitus testimonium clausit